



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

Tractatus de erroribus Pelagianorum, de gratia, de iustificatione & merito,
de virtutibus theologicis & quatuor cardinalibus, ac de ineffabili mysterio
incarnationis

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniae Agrippinae, 1671

§. II. Solvuntur objectiones

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77177)

Dico tertio: Gratia habitualis necessaria fuit A in Christo ad merendum connaturali modo prae-
mii supernaturale; de potentia tamen abso-
luta, sine illa praeium supernaturale promereri
potuit.

Prima pars huius conclusionis patet ex dictis
in precedenti, meriti enim praeium supernatu-
ralis, non potest nisi per actus supernaturales ac-
quiri: Ergo si anima Christi egebat gratia ha-
bituali ut actus supernaturales connaturaliter e-
liceret, illam pariter exigeret, ut connaturali
modo praeium supernaturale mereretur.

Quod verò de potentia absoluta illud sine
gratia promereri potuerit, contra Paludanum,
& Durandum, oppositum docentes in hunc mo-
do ostenditur. Praeclara gratia habituali à Chri-
sto, adhuc ejus anima esset formaliter Deo gra-
tia, ratione unionis hypostaticae, ut constat ex di-
ctis disputatione precedenti; in super libere pos-
set operari, ut est de se manifestum, & tandem
ratione auxilii actualis supernaturalis ordinis,
quod posset Deus ei conferre, actus intrinsecè
supernaturales eliceret, ut patet: Ergo & me-
ritosioris praeium supernaturalis, nihil enim am-
plius requiritur ad tales actus, praeter ista tria,
quod nimirum procedant a persona Deo gratia,
quod libere elicantur ab illa, & quod intrinse-
ce ordinentur in Deum ut in finem supernatu-
ralem, sive quod intrinsecè sint supernaturales.

§. II.

Solvuntur Objectiones.

Obicies primò contra primam conclusionem:

Anima formaliter sancta sanctitate quae e-
minenter continet omnem sanctitatem à gratia
habituali proveniente, non indiget tali gratia
ut dicatur habere formaliter sanctitatem omni-
modam & consummatam: Sed anima Christi, ex
vi praecise unionis hypostaticae, est formaliter
sancta, sanctitate eminenter continente omnem
sanctitatem à gratia habituali proveniente: Ergo
non indiget gratia habituali ut dicatur habere
formaliter sanctitatem omnimodam & con-
summatam. Minor est certa in nostra do-
ctrina, juxta illam enim anima Christi per unio-
nem hypostaticam redditur sancta formaliter,
sanctitate increata Dei, quae haud dubie eminen-
ter continet omnem sanctitatem gratiae habitua-
lis. Major verò probatur: Ideo non indiget Deus
gratia habituali ut sit formaliter sanctus sanctita-
te omnimoda & consummata, quia ejus sanctitas
eminenter continet quidquid sanctitatis est in
gratia habituali. Ergo similiter si anima Christi,
virtute praecise unionis hypostaticae, sit formali-
ter sancta sanctitate eminenter continente omne
sanctitatem gratiae habituales, nullo modo indi-
gebat tali gratia, ut esset omnimoda sancta.

Respondet negando Majorem: licet enim
sanctitas increata Dei, ex vi unionis hypostaticae
sanctificans formaliter animam Christi, eminen-
ter secundum se contineat omnem sanctitatem
gratiae habituales, non tamen formaliter ut talis
est in anima Christi, quia videlicet possidetur ab
ea finitè & limitatè. Per quod patet ad probatio-
nem Majoris negatè, falsum enim est Antecedens
illius, nempe quod ex eo praecise quod sanctitas
Dei contineat ex se eminenter omnem sanctita-
tem gratiae habituales non indigeat Deus tali gra-
tia ut sit sanctus omnimoda, sed ratio huius ad-
quata est, quia sanctitas illa increata eminenter

continens omnem aliam creatam, est in ipso Deo
modo unde quae finitè, qualiter tamen non ex-
istit in anima Christi.

Obicies secundò contra secundam conclusi-
onem: Gratia habitualis operativa non est: Ergo
non requiritur in anima Christi Domini ad elici-
endū connaturaliter operationes supernaturales

Respondet distinguendo Antecedens: Non
est operativa per modum principii proximi pri-
mario ordinati ad operandum, concedo Antec-
edens, per modum principii radicalis, nego Antec-
edens, & consequentiam; nam etiam natura
substantialis non est operativa primo sed secun-
do modo, & tamen natura v. g. humana ad hu-
manas operationes non solum connaturaliter,
sed etiam essentialiter requiritur est.

Obicies tertio: Ut anima Christi eliciat con-
naturaliter actus supernaturales, sufficiunt virtu-
tes infusae residentibus in potentiis animae: Ergo
gratia habitualis in media è in anima existens,
ad hunc finem non requiritur. Consequentia vi-
detur manifesta, Antecedens probatur, Posse
connaturaliter actus supernaturales elicere, est
posse eos producere cum inclinatione ad ipsos
per formam permanentem: Sed virtutes infusae
potentiis animae in absentia gratiae eleventur po-
tentias cum inclinatione permanente: Ergo da-
rent posse elicere actus supernaturales connatu-
raliter.

Respondet negando Antecedens, ad cuius pro-
bationem, distinguo Majorem. Posse connatura-
liter actus supernaturales elicere, ea posse eos eli-
cere cum inclinatione ad illos per formam per-
manentem, ut connaturaliter & in statu perfecto
existentem, concedo Majorem. Per formam per-
manentem praecise, nego Majorem, & sub ea-
dem distinctione Minoris, nego consequentiam.
Solutio patet ex supra dictis: cum enim, ut supra
dicebamus, virtus sit dispositio perfecti, id est
subiecti dispositi secundum naturam, omnis virtus
disponit subiectum conformiter ad naturam ali-
quam praexistentem sui ordinis, & consequen-
ter ut virtutes supernaturales sint in statu perfe-
cto, sibi quoque connaturali, praexistetiam habitua-
lis gratiae exigunt.

Obicies quarto contra secundam partem ter-
tiae conclusionis, in qua diximus Christum de
potentia absoluta potuisse sine gratia habituali
mereri supernaturale praeium: D. Thomas
quæst. 29, de Verit. artic. 5, ad 4. ait quod licet
meriti Christi quandam infinitatem rationem habeat
ex dignitate personae, tamen rationem meriti habet ex
gratia habituali, sine qua meritum esse non potest.
Ergo in doctrina D. Thomae gratia habitualis
fuit simpliciter animae Christi necessaria, ad eli-
ciendas absolute operationes meritorias praeium
supernaturalis.

Respondet intentum D. Thomae loco citato
esse tantum quod sine gratia habituali non po-
tesset esse connaturaliter meritum, ex quo non sequi-
tur, quod absolute loquendo, & de potentia Dei
absoluta, anima Christi cum sola gratia unionis,
& auxilio actuali, supernaturali, non potuerit
mereri praeium supernaturale, sed tantum
quod id non potuerit connaturaliter.

Obicies quintò: Ut aliqua actio meritoria
sit praeium supernaturalis, debet esse vitalis vi-
talitate supernaturali: Sed non potuit anima
Christi elicere actiones vitales vitalitate super-
naturali, sine gratia habituali: Ergo nec actio-
nes meritorias praeium supernaturalis. Major est
cer-

certa, actio enim meritoria præmii supernaturalis, debet tendere modo vitali & supernaturali in Deum, ut finem supernaturalem Minor vero probatur, non potuit anima Christi sine principio radicali vitalitatis supernaturalis, elicere actiones vitales vitalitate supernaturali, hoc enim implicat: Sed sola gratia habitualis est prima radix vitalitatis supernaturalis in anima, sicut sola anima est principium radicale vitalitatis naturalis; propter quod D. Augustinus eam vocat *animam animæ*: Ergo non potuit anima Christi sine gratia habituali elicere actiones vitales vitalitate supernaturali.

47. Respondeo, concessa Majori, negando Minorem, ad cuius probationem, distinguo Majorem: Non potuit anima Christi sine principio radicali vitalitatis supernaturalis, vel sine auxilio actuali supplente ejus vicem, elicere actiones vitales vitalitate supernaturali, concedo Majorem. Sine principio radicali vitalitatis supernaturalis, sed tamen ut habens auxilium actuale supplens vicem talis principii, qualem habere posset anima omni gratia habituali destituta, nego Majorem. Similiter distinguo Minorem: Sola gratia habitualis est principium radicale vitalitatis supernaturalis, non supplebile de potentia Dei absoluta per auxilium actuale, nego Minorem. Supplebile per tale auxilium, concedo Minorem, & nego Consequentiam. Est enim manifestum instantia in peccatore fideli, actus supernaturales fidei & spei, atque adeo vitales vitalitate supernaturali, licet imperfecta, eliciente, sine principio radicali vite supernaturalis, videlicet sine gratia habituali, cum solo auxilio actuali supplente concursum talis principii radicalis in ordine ad illos actus.

48. Dices, actus vitales ordinis naturalis dependent essentialiter non solum à principio proximo, sed etiam à remoto & radicali vite naturalis; Ergo actus vitales ordinis supernaturalis, ab utroque principio dependent essentialiter. Antecedens est communis Philosophorum doctrina, & patet, quia aliis intellectus ab anima separatus posset beatificari, & voluntas separata ab anima posset mereri, quod nullus quæ viderim docuit. Consequentia vero probatur à paritate rationis.

49. Respondeo, concessa Antecedente, negando consequentiam, & paritatem, ob duplicem rationem discriminis, quam assignat Oxoniensis Episcopus in Tractatu de Gratia personali Christi; Prima est, quia gratia habitualis, tametsi natura sit, non tamen adeo rigore habet rationem naturæ, sicut anima rationalis unde sicut ob hanc causam deficit à subiectandis & in se immediatè recipiendis proprietatibus ordinis supernaturalis, cum tamen anima rationalis suas proprietates immediatè recipiat; ob eandem etiam deficit à terminanda essentiali dependentia à quibus supernaturalium, quamvis actus naturales vitales hominis, ab anima rationali essentialiter dependent.

50. Secunda ratio discriminis est, quia anima rationalis est substantialis natura proprietariè & ratione sui, non ut ad alterius ordinem elevans, & ideo omnis vitalitas hominis petit in ipsam ultimè reduci: gratia vero est natura vitalis veluti substitutivè & elevativè, per modum formæ ad divinum ordinem elevantis; & quia potest Deus hominem diversimodè ad elicientiam supernaturalium actuum elevare, scilicet per principia fluida, aut per principia permanentia, pro-

xima & radicalia, consequens fit quod actus supernaturales vitales, à gratia ut à principio connaturali dependant, non tamen dependent essentialiter ab illa; id è quod licet connaturaliter & de lege ordinaria actus charitatis qui in ordine supernaturali perfectissimè vitalis est, non possit sine gratia habituali elici, & in prima justificatione peccatoris ab illa procedat, ut in Tractatu de Justificatione docuimus; nihilominus præternaturaliter & de potentia absoluta possit sine gratia & habitu charitatis, beneficio actuali transeuntis elici: subinde quæ Christus per actus charitatis sic elicitos, de potentia absoluta, potest præmium supernaturale promereri, quamvis id non potuerit de potentia ordinaria.

Dices, Visio beatifica essentialiter dependet habitu luminis gloriæ: Ergo pariter actus charitatis essentialiter dependet ab habitu charitatis, subinde quæ à gratia habituali, à qua ipse habitus charitatis dimanat tanquam proprietate.

Respondeo primò, negando Antecedens, quia D. Paulus in raptu fuit elevatus ad visionem beatificam per lumen gloriæ ipsi datum per modum auxilii & qualitatis fluidæ & transeuntis, ut docet Divus Thomas 2. 2. quæst. 177. art. 3. ad 2. & super caput 12. Epistolæ 1. ad Corinthios. lect. 1. ubi hæc scribit: Visio Dei per essentiam fit per lumen aliquod, scilicet per lumen gloriæ, de quo dicitur in Psalmis, in lumine tuo videbimus lumen. Sed aliquod lumen communicatur alicui per modum passionis, cui verò per modum forme inherens, sicut lumen solis invenitur in carbunculo, & in stellæ, ut forma inherens, id est connaturalis effecta; se in ære invenitur ut forma transiens & non permanens, quia transiit abeunte Sole. Similiter & lumen gloriæ duplicem menti infunditur: unomodo per modum forme connaturalis factæ & permanentis, & sic facit mentem simpliciter beatam. . . . Alio modo contingit lumen gloriæ mentem humanam, sicut quædam passivè recipi, & sic mens Pauli fuit in raptu lumine gloriæ illustrata, unde etiam ipsum nomen raptus ostendit, transiundo hoc esse factum.

D Respondeo secundò, dato Antecedente, negando consequentiam & paritatem; Ratio disparitatis est, quia visioni beatificæ essentialis est exigentia permanentiæ, ac proinde nequit contineri in intellectu, nisi ratione luminis ab intrinseco permanentis, quod lumen habitus est quoad essentiam: actus verò charitatis non exigat essentialiter & ex sua ratione specificam permanentiam, cum sit indifferens ad liberum & necessarium, ideoque potest in voluntate contineri, ratione formæ ab intrinseco non permanentis, subinde quæ habitus non sit quoad essentiam.

ARTICULUS II.

Utrum omnes virtutes fuerint in Christo?

§. I.

Quibusdam præmissis difficultas resolvitur.

Suppono primò, virtutes esse in triplici differentia: alie enim sunt intellectuales, alie morales, & alie Theologicæ. De intellectualibus non est hic sermo, tum quia non sunt simpliciter virtutes, nec simpliciter dominantur hominem studiosum; tum etiam quia de illis agit D. Thomas.